

La tragédie de Niobé

OVIDE, *Les Métamorphoses*, VI, v. 288-307

Niobé, fille de Tantale, avait sept fils et sept filles. Pour avoir fait preuve d'hybris et s'être vantée d'avoir eu plus d'enfants que leur mère, Latone (ou Léo, dans le monde grec), elle est victime de la vengeance d'Apollon et Diane qui viennent de tuer les sept garçons.

Stabant cum uestibus atris
ante toros¹ fratrum demisso² crine sorores.
E quibus una trahens haerentia uiscere tela 290
inposito fratri moribunda relanguit³ ore.
Altera, solari⁴ miseram conata⁵ parentem,
conticuit⁶ subito duplicataque⁷ uulnere tota est,
orae compressit, nisi postquam spiritus ibat.
Haec frustra fugiens collabitur⁸, illa sorori 295
inmoritur ; latet haec, illam trepidare uideres.
Sexque datis leto⁹ diuersaque uulnera passis
ultima restabat ; quam toto corpore mater,
tota ueste tegens : « Vnam minimamque relinque !
De multis minimam posco », clamauit, « et unam ». 300
Dumque rogat, pro qua rogat, occidit : orba¹⁰ resedit
exanimes inter natos natasque uirumque
deriguitque¹¹ malis ; nullos mouet aura capillos,
in uultu color est sine sanguine, lumina maestis
stant inmoti genis¹², nihil est in imagine uiuum. 305
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato¹³
congelat, et uenae desistunt¹⁴ posse moueri.

¹ *torus, i, m.* : ici, le lit funèbre

² *demissus, a, um* : ici, épars

³ *relanguesco, es, ere, relangui*, — : s'affaïsser en mourant

⁴ *solari* = *consolari* (dép.)

⁵ *conor, aris, ari, conatus sum* (dép.) (+ inf.) : essayer de, s'efforcer de

⁶ = *tacuit*

⁷ *duplico, as, are, aui, atum* : ici, plier en deux

⁸ *collabor, eris, labi, collapsus sum* : s'écrouler

⁹ *letum, i, n.* : la mort

¹⁰ *orbus, a, um* : privé de quelqu'un (un membre de sa famille)

¹¹ *derigesco, is, ere, derigui*, — : devenir raide, immobile

¹² *gena, ae, f.* : la joue

¹³ *palatum, i, n.* : le palais (voûte de la cavité buccale)

¹⁴ *desisto, is, ere, destiti, destitum* (+ inf.) : cesser de